



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

- 1 Occidens bannitum non excusatur à pena occisionis, nisi probet illum tempore occisionis fuisse bannitum, etiam permittente statuto bannitos impune offendi.
- 2 Delinquens mortuus ante sententiam latam post accusationem, uel inquisitionem contra ipsum de crimine formatam non potest damnari.
- 3 Et quando contra delinquentem mortuum proceditur, ad quem finem illius memoria damnetur, & num. 13.
- 4 Bannitus post suam latam, pendente uel termino ad appellandum, uel appellationem, non potest impune offendi, declaratur, nu. 14.
- 5 Terminus ad appellandum, appellatio, & terminus ante suam latam à pari iudicantur, nec illis pendetibus est quicquam innotandum.
- 6 Bannendus omnino de proximo impune offenditur, & excusatur offendens, si sciebat illum commisisse tale delictum, ob quod omnino de proximo erat bannendus, secus si ignorasset.
- Item si sciebat illum iuste, & de iure fuisse bannendum, secus si iniuste, aut si dubitabat, nu. 10.
- Item si delictum tale erat, ob quod delinquens ipso iure absque alia sententia damnatus erat, secus si sententia requirebatur, nu. 11.
- 7 Rebannendus de proximo habetur pro rebannito ad effectum, ne impune offendatur.
- 8 Scholaris de proximo omnino, & de iure matriculandus habetur pro matriculato, ne impune offendatur, stante statuto, quod offendens scholarem matriculatum certa pena puniatur.
- 9 Petitorij, & possessorij cumlatio non admittitur, quando iam esset lata sententia absolutoria super petitorio, nec ea nondum lata, quando est conclusum in causa, & de iure agentis, uel conuenti notorie constat.
- 12 Crimen perduellionis, & lesæ maiestatis ipso iure secum executionem trahit.
- 13 Defuncti memoria quando damnari possit ob crimen commissum non modo ad finem bonorum, sed etiam quo ad alios effectus.

E P I T O M E.

Occidens illum, qui pacem frangerat, de cuius crimine per confessionem suam in iudicio ante sententiam factam notorie constat, & in cuius uita iam ceptum erat agi contra ipsum per uiam inquisitionis, sed nondum sententia lata erat, non tenetur de occiso, neque est puniendus, stante statuto, quod rumpens pacem committat crimen perduellionis, & lesæ maiestatis, & tanquam rebellis, & hostis patriæ possit impune offendi.

CONSILIVM CLXXXVI.



VIDAM fuit de crimine ruptæ pacis ingressus, quod crimen est grauissimum, & de crimine constabat notorie per confessionem inquisitionis factam in iudicio, & ante, quod sententia ferretur, & sic pendente inquisitionis iudicio, ille fuit interfectus forte ab eo, cui pacem frangerat, dubitatur, an occidens de occiso teneatur, an uero illum impune occidere potuerit, supposito, quod bannitus, seu damnatus de crimine ruptæ pacis tanquam rebellis, & hostis patriæ possit impune offendi, & occidi iuxta quandam provisionem Bononiæ editam contra rumpentes pacem. Et vi prima facie concludendum esse, quod occidens teneatur de occiso, nec excusetur isto pretexto, quod interfecerit ingressum de crimine ruptæ pacis, etiam si de crimine per confessionem inquisitionis notorie constitisset, quoniam occidens bannitum, etiam permittente statuto bannitos impune offendi, non potest se à pena homicidii excusare, nisi probet, quod ille esset bannitus tempore occisionis, quo tempore illa qualitas banni requiritur, alioquin occidens illum non excusaretur à pena, ut uoluit Bal. in l. matrem, C. de proba. Et dicit Ang. in l. si manifestus, §. tam diu, ff. de cond. fur. quod ad hoc, ut occidens, seu offendens bannitum excusetur, requiritur, quod tempore offensionis ille fuerit bannitus, alioquin puniatur. ¶ Secundo ubicunque is, qui commisit delictum etiam post accusationem, uel inquisitionem contra eum formatam mortuus fuerit ante condemnationem, & latam sententiam, non potest regulariter de cri-

mine damnari, l. 1. & p. totum C. si reus, uel accusatus in casibus specialibus, quibus et memos, uel accusatus nari potest, & post mortem delinquentis & c. ne pcedi, iuxta not. in d. l. 1. & in l. manifestus, §. haret. & in l. si. C. ad leg. lul. maiest. solum pcedi, & pcedi pp bona, & ad finem bonorum solum, & alium finem, ut est gl. no. in suma, 24. q. 2. d. l. manifestus, & d. l. si. Sed in casu nostro contra defunctum proceditur, eiusque memoria ad alium finem damnatur, licet, ut alius à pena homicidii excusaretur, & c. ¶ Tertio hoc confirmatur, nam si iam lata fuit sententia contra delinquentem, & pendeat ad huc tempus ad appellandum iuxta auct. hodie, C. de appellat. l. non tantum, ff. eo. pfecto tali termino pendente, post sententiam latam non potest quis impune offendi, quia de illo termino iudicamus, sicut quia appellatum, & appellatio penderet, ut in c. non ap. in 6. Quinimodo de illo termino iudicatur termino ante suam latam, quia per appellatum dicitur pronuntiatur, seu quo ad effectum extinguitur declaratur Abb. & alii in rub. de appell. l. in d. pil. l. si causa cognita, C. de tran. C. uenienter reu. Vnde non debet aliquid innouari, si appellatio pendente, d. c. non solum, & notandum muniter approbare in l. ex indicio, ff. de tran. l. 1. in prin. ff. de noua app. pend. l. post. tran. ergo multo minus poterit accusatus situs de crimine offendi nondum contra eum. Et istud fuit arg. Ale. in l. 3. §. si seruus, ff. de tran. ¶ His tamē non obstantibus, existimo in re concludendum in casu nostro, quod occidens à pena homicidii. Et in primis, quod stante statu bannitus, seu rebellis possit impune offendere, dum erat bannitus, sed de proximo omnino bannendus, ut quia certum erat consilium fuisse, & per confessionem delinquentis constabat de peccato, si talis fuerit ab aliquo offensus, & offendens, & interficiens à pena liberatur, non nisi interfecerit, ut uoluit Pau. Cast. in d. l. 3. uis, in lectu. antiquis, ueluti et Ale. ibi restat pcedit, quando interficiens tale sciebat illi commisisse delictum, ob quod omnino de proximo erat bannitus, si ignorasset, quia tunc à pena non excusatur hoc arg. coram, quia in simili uoluit Bal. in l. redde, C. de insti. & subtili. sub cod. fac. Per d. rezepe. c. canonum, de constit. in col. 39. Bar. in l. §. recte, ff. de fur. Fel. in ca. que in ecclesiis, de constit. Sali. in l. eum, qui duos, C. de adul. Dm. l. pen. ff. de adul. Ale. in cons. 65. lib. 3. Sed in nostro quod interfecit iam inquisitione de crimine, non erat bannitus, quia nulla sunt preiudicia contra confessionem, nisi in codenando, & c. ubi ibi no. de accus. Abb. in d. c. uelstra, & in c. de iurei. gl. & Bar. in l. si confessus, ff. de constit. l. 3. §. si seruus, ita & multo magis hoc dicendum in nostro, quoniam quis occidit non dum bannitum, non de proximo de iure bannendum, ut habetur de excus. uere bannitum occidit quo ad effectum excusatur, & liberetur à pena homicidii, quoniam est a uocabiliore, cum tractetur de libertate, & alio de puniendo, arg. l. si pater, & l. interpres, ff. de pen. c. in penis, c. odia, de re. in ap. ff. de

quod uolunt Bar. Bal. & Ang. in l. si quis maior, C. de transac. q. q. facta est executio à lege, quia lex poenā ipso iure imponat, à die cōmissi delicti cēsetur dāna tuis, & non pōt mora purgari, secus si executio à lege nō sit facta. Et hic proprie est casus noster, nam à tempore cōmissi delicti, & statim quo interfecit uis pacem rupit, & de ruptura pacis per confessionē suam constitit, lex fecit suā executionem: qm̄ rumpēdo pacem cōmisit crimen perduellionis, & lēx maiestatis, ut in quadā prouisione cōis Bononiæ continetur, † quod crimē ipso iure trahit secū executionē, nec aliam expectat sententiā, ut habetur in l. manicheos, & ibi gl. C. de hæret. l. si cum ibi no. C. ad l. iul. maiest. in l. i. C. si reus uel accusa. ¶ Non obstat sm̄, q. illis casibus, quibus memoria defuncti potest dānari, debet intelligi solū propter bona, & ad finē bonorū per gl. in summa, 24. q. 2. † Nam rīderi pōt hoc uerū esse, quando in uita delinquentis nōdum esset cōceptum agi de crimine per accusationē, uel inquisitionē, & neque de crimine cōstabat notoriē in uita sua per suā confessionē, quoniam tunc post mortem delinquentis nō pōt procedi, nec eius memoria damari nisi quoad effectum, & finem bonorum, & non quoad aliū effectum, & ita loquitur d. gl. in summa præallegata. Secus si in uita delinquentis iā fuisset cōptum agi de crimine per accusationē, uel inquisitionē, & de illo notoriē constabat per suam confessionē, & erat tale crimen, quod secum incōtinētē executionē traheret, & cōsequenter ēt in uita delinquentis nullę erant partes iudicis, nisi in condemnando, arg. no. in d. c. ueltra, & in d. c. euidentia, de accusa. cū si. quoniam tūc memoria defuncti poterit damari non solū quoad finem bonorum, sed ēt quoad alios effectus per tex. in d. l. si. & arg. no. in d. l. c. si reus, uel accusa iuxta istis p̄missis. ¶ Non obstat ultimum argumētum Alex. in d. l. 3. §. si seruos, q. pendēte appellatione, ut termino ad appellādū, & sic post sententiā nō pōt damnatus, seu bannitus offendī, quoniam pendēte appellatione, uel illo tēpore nihil pōt innouari, c. non solum, de appell. in 6. cum aliis allegatis, quia primo rēpōderūt, q. hoc operatur uirtus appellationis, quæ est uinculū iuris naturalis ob causam defensionis iuxta tradita in rub. extra de appell. nam cum extinguit pronūciatū, & omnem effectum sententię suspendit, nihil ea pendente potest innouari, ne tollatur uinculū iuris naturalis, hoc est defensio, ut per totum, ff. in l. in noua. app. pend. l. i. in fi. ff. ad turpil. & idem dicendum est pendēte tēpore dato ad appellādū, de quo iudicatur, sicut de tēpore, quo appellatio pendet, ut in d. c. nō solū. Secundo rēpōdeo, † q. pendēte appellatione, uel tempore ad appellandū nō pōt bannitus offendī, quia iuste poterat appellari, ut q. ex postfacto constabat appellatio nem esse, & fuisse iustā, secus si appellatio erat iniusta, & triuola, & ex postfacto nō obstat appellatione apparuit sententiā fuisse iustā, & legitimam, quoniam tunc nō obstante appellatione, seu tempore dato ad appellādū si bannitus fuit offensus, nō debet offendēdus puniri, est enim semper inspicieda veritas, ut dixi supra post Bal. Bar. & alios: Et ita in terminis declarat Alex. in d. l. 3. §. si seruos, col. anep. in uer. puto concludendū &c. & in prin. illius col. Sed in casu nostro certū erat crimē fuisse cōmissum, & de crimine notoriē cōstabat per confessionē eius, q. fuit interfecit, & sic nihil potuit allegari, neq. deduci, quin ipse ēt cōdemnādus, & bāniendus per prædicta, neq. de iure poterat appellari, ex quo crimē per confessionē delinquentis erat notoriū, ut i. d. c. ueltra, iudis no. per Bal. in l. ad dictos, C. de episc. aud. ergo potuit impunē offendī. Præterea quāuis pendēte appellatione dānatus ne

queat offendi, l. non tantū, & ibi Bart. ff. de appell. tñ pendente tpe dato ad appellandū ante appellatiōē interpositam potest offendi ad tradita per Bar. in d. l. nō tantum, circa fi. & ita tenet Bal. in d. l. addictos. Et ex his cōcludendū esse arbitror, qd ille, qui interse cit cum, qui iam pacē ruperat, de cuius crimine cōstitit notoriē per confessiōē suā in iudicio ante sententiā factam, & in cuius uita iam ceptum fuerat agi de crimine per uiam inquisitionis, cuiusq; crimē tale erat, quod secum exequutiōē traxit, & ob quod eius memoria potuit damnari, nō teneatur de occiso, neque sit puniendus, quia illum impunē offendere, & interficere potuit, stātibz prādictis. Et hæc de iure uerissima esse existimo. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Pena legis, uel statuti ut ratione delicti, seu commissi incurrat, dolosa contrauentio requiritur.
- 4 Pena l. si quis maior, C. de transact. sine dolo non incurritur, nec lata culpa sufficit.
- 3 Lata culpa in delictis, & criminibus, & ubi agitur de pena ratione criminis imponenda, non sufficit, nec dolo equiparatur.
- 4 Quod limitatur.
- 5 Delicti interpretatio excluditur in ijs, quæ se ad delictum, & ad non delictum habere possunt.
- 6 Percutens clericum quando sit ipso iure excommunicatus, & quādo penam non incurrat.
- 7 Permissa omnia censentur esse, quæ non appareant, nec probentur prohibita in ijs, quæ sunt de genere prohibitorum.
- 8 Verba ablatiui absoluti conditionem important.
- 9 Conditiones debent uerē, & specificē adimpleri.
- 10 De forma, & substantia solenni, & non leui est id, quod a lege conditionaliter ponitur, & debet ad unguem, non autem per equipollens adimpleri.
- 11 Conuictus uerē, & propriē quis dicitur.
- 12 Confessus non dicitur propriē, & uerē conuictus, & ambo inter se differunt.
- 13 Confessus non comprehenditur sub statuto maximē odioso loquente simpliciter de conuictio.
- 14 Statutum, seu lex super aliquo cum certa qualitate disponens, lo cum non habet, nisi de illa qualitate constet.
- 15 A pena, & dolo quolibet causa etiam iniusta excusatur.

A pena doli etiam propter temeritatem quis excusatur.

E P I T O M E.

POENAM legis, uel statuti ratione delicti impositā absque dolosa contrauentione, & qualitate in statuto, & lege præsupposita non committi, neque incurri hic demonstratur.

CONSILIVM CLXXXVII.

IN præsentī causā paucis me expediā, nā p̄termisso lōgo hinc inde argumētōrū ordine cōcludēdū est, Lactārium de Sauis nō contrāuenisse edictō facto, nec in pœnā illius incidisse, quoniā licet edictū cōprehendat etiā emptores uitrioli prohibiti, tamē debet intelligi de ijs, qui scienter, & dolosē emerūt illud uitriolū prohibitū, cū t̄ nunquā ratione delicti, & cōmissi in pœnā legis, seu statuti quis incurrat, nisi quādo scienter, & dolosē cōtrauenierit, l. stellionatus, ibiq; gl. & Bar. ff. de crim. stel. & l. i. §. diuus, ff. de siccat. Et si deo dicit Bal. in l. obseruare, §. proficisci, ff. de offi. p̄cōf. & lega. q. quis nō incurrit pœnā l. si quis maior, C. de transact. nisi fuerit in dolo, nec sufficit ipsum fuisse in lata culpa, ut ibi, q. in delictis, & criminibz lata culpa, quæ aliās solet esse proxima dolo, ad l. quod nerua, ff. de pos. non equiparatur dolo, nec sufficit illa lata culpa, quæ ex quadā fatuitate magis, q̄ ex fraude, & malitia prouenit, ut nō in d. l. quod nerua, ubi agitur de pœna ratione criminis imponēda, ut habetur per Bar. in l. i. ff. de legi. & Ale. in l. 2. ff. qd̄ qu. iur.

4 tñ ratione culpæ præsumeretur dolus, si dolo non
Bar. in d. l. i. Et propterea si quis rei aliās licite
se, ut uolunt doct. in c. suscitata, de reht. in
cit text. in l. scientia, §. qui cū aliter, ff. ad legat.
si. ¶ Præterea ubiq; sumus in ijs, q̄ scilicet
& ad nō delictū habere possunt, in dubio non
fieri interpretatio, ut quis deliquisse censetur
in dubio quis nō præsumitur uoluisse delinquere
merito, ff. pro socio, & facit tex. nō in c. cū
mine, & in c. perpendimus, iuncto c. quantū
6 excom. tñ percutiens clericū, & in illi mē
lentas dolosē iniiciēs est ipso iure excommunicatus
suadente diabolo, 17. q. 4. Sed si sumus in dubio
perculserit clericum non indutum habitu
pœnā nō incurrit, quia in dubio non præsumitur
uisse illū esse clericum: At nos sumus in causa
istud factū potest se habere ad delictū, & ad
cū, cum non sumus in merē, & simpliciter
tis, quia pmissum est certo modo, & de alio
re uitrioli cōducere, ac emere, & de alio
tū, ut in edictō continetur, ergo in dubio
interpretatio, q̄ Lactārius emerit uitriolum
sum, & si quomodo appareret illud fuisse
to, ipse hoc fecit absq; dolo malo, & fallac
timē probaretur, ipsum fuisse illud uitriolum
hibitu. ¶ Secundo prædicta confirmantur
in materia prohibitiua, ut ex uerbis edicti
quando materia est prohibitiua, omne cōtra
permissum, quod non est, nec probatur
7 tum, quia t̄ quando sumus in ijs, quæ sunt
prohibitoriū, omnia censentur pmissa, nisi
appareat, & pbentur gl. in l. si queramus, ff. de
i. ff. de testi. & est text. in terminis in c. cū
de spon. l. ibi cū prohibitoriū sit edictū de
natio contrahendo, ut quicunq; nō prohibetur
sequentiā admittatur, ergo in casu nostro cō
rit pbatū neq; cōstet, ipsum Lactāriū emisse
lū prohibitū, debet cēteri emisse rem pmissā
autē prohibitā. ¶ Tertio suadentur præmissa
re edicti, in quo cauetur, cōtrauenientes pœnā
ita demū, si prius fuerint legitime, & iuste
ci: Et notandū est, edictū loqui cōditionaliter
8 licet per uerba ablatiui absoluti, quæ cōditi
portat, ibi conuictio che sara, iuxta l. a testatore, ff. de
dit. & demonst. & per Bar. in l. i. ff. eo. tit. con
ad hoc, ut quis possit puniri, pro forma recepti
9 fuerit conuictus, quia cōditiones debent uerē
cificē adimpleri, l. qui hæredi, & l. meius, ff. de
& demō. Et ex hoc dicit Bal. in auth. mat. ff. de
10 in i. col. C. quan. mul. offi. tut. fun. potest t̄
aliquid a lege cōditionaliter ponitur, illud
ditū pro forma, & substantia solenni, & ex
lennitas non leuis, & ideo debet ad unguem
ri, nec sufficit, q̄ per equipollens adimpleretur
11 ad nostrā, il. i. & c. debitores, de iureiur. Sed
propriē, & uerē dicitur ille, q̄ per duos solenn
instrumenta conuictus fuit, arg. text. in c. a
de iud. in prin. iuncto c. i. & §. n. 2. q. 3. & cōtra
in c. præsul. ead. cau. & q. quæ dicit, q̄ contra
crimine duo testes sufficiūt, & ita exp̄se
12 in d. c. at si clerici, in i. notab. Quinimod
fessus fuisset, nō diceretur uerē, & propriē
ne conuictus, per illum tex. in d. c. at si clerici
quā diuersa ponit, & ita illum tex. ad hoc
13 Abb. & reliqui ibi in princ. in 2. notab. t̄
infert ad materiam statuti, in quo fieret
uictis maximē in materia pœnali, quia non
henderetur ille, qui fuisset contra se ipsum
nam talis non diceretur uerē, & propriē